



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

23. De latronib. cu[m] eo crucifixis. Mat. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

PASSIONE DOMINICA. 285

omnes adessent. In die solemni paschæ, quo
tota natio Hierosolymam confluebat. In
vrbe totius Iudææ principe, quam sex ante
diebus cum triumpho intrarat. Et in tanta
ignominia adhuc verbis probrosis ab om-
ni genere hominum excipitur. Demum
nullum genus tormenti, nullum infamiæ
fuit, quod Christus expertus non est.

Considera causam, cur hoc genus mor-
tis Christus elegerit. Prima est, quia nullū
erat acerbius, diuurnius, ignominiosius,
& ad salutem tibi parandam accommo-
datus. 2. vt tanquam hostia in altum sub-
lata, mediatorem se inter patrem cœlestē,
& genus humanum interponeret, recon-
cilians ima summis. 3. vt emiaus te oculis
quæreret, venientem expansis brachiis ex-
ciperet, in sacris vulneribus recondere,
manibus insculptum ob oculos semper
haberet, & capite inclinato oscularetur,
denique vt mentem tuam à terrenis auel-
leret, & ad cœlestia attolleret.

MEDITATIO XXIII.

De duobus latronibus cum Christo cru-
cifixis. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Ioan. 19.

ET crucifixerunt cum eo duos latrones, v-
num

num à dexteris, & alium à sinistris. Considera execrandam Iudæorum improbitatem quod redemptorem mundi crucifigant latronem, incredibilem vero Christum militarem; quod talis voluerit haberi, ut talis mori, idque nostra causa, ut quoniam te malefactores sumus, & latrones, hoc animæ nostræ occisores, dum peccata libenter confusionem & pœnam aliquam pro peccatis sustineamus. Considera, ut Christus in vita tolerauit societatem Iudæ, in morte vero latronum, sic te debere tolerare humiliorum & pauperum conuersationem & sicut ille sua societatum fecit ex improbo probum, ita & nostra consuetudine alios facere debere meliores.

2. *Medium autem Iesum* Considera deos hac ignominia conatos non esse Christi delere, ut pro Messia latronum principem haberetur, sed Christus hanc eorum utilitatem ad suam conuertit gloriam. Notandum cum tres sint cruce affixi, ipse tamen solus cum cruce sua toto orbe factus est gloriosus. 2. inter peccatores moriens omnia pretia persoluit. 3. neminem, quamuis detestatum latronem à salute excludit. 4. iudex erit in extremo iudicio omnium bonorum

PA
norum
tro ad
1. Con
tronei
scias ne
da exce
Et in
iniquis
tempo
casu, se
Christu
inter di
rem me
terasq;
hominu
uenieba
niquos
reputa

Deo

M
SCR
Pilati
sidera F
fectauit
lōge al

PASSIONE DOMINICA. 287

norum & malorum. bonos representat la-
tro ad dexteram, malos latro ad sinistram

1. Considera æque bonum atq; malum la-
tronem cum Christo crucem sustinere, vt
scias neminem licet bonum à cruce feren-
da exceptum.

*Et impleta est Scriptura, qua dicit. Et cum
iniquis reputatus est.* Considera, id tanto
tempore prædictum, vt intelligeretur, non
casu, sed diuina etiam voluntate accidisse.
Christus quò ad diuinitatem medius erat
inter diuinas personas, quoad humani-
tatem medius inter angelos, & homines ce-
terasq; creaturas. Quoniam vero omniũ
hominum iniquitates in se susceperat, cõ-
ueniebat vt licet non esset, tamen inter i-
niquos medius. id est, omniũ iniquissimus
reputaretur.

MEDITATIO XXIV.

De crucis Christi titulo, Matth. 27

Marci 15. Luc. 23. Ioan. 19,

SCRIPSIT autem & titulum cause eius
Pilatus. Et posuit super crucem eius. Con-
sidera Pilatum quidem id fecisse, vt ob af-
fectatum regnũ putaretur crucifixus, sed
lõge aliã causã fuisse Dei, nẽpe vt inuenires
omnem

Isa. 53

16